



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Eius pia sollicitudo de Collegio. n. 22.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

præsentari; quod breui futurū speramus. Interim solito favore & gratia Collegium prosequemur, & quantum permittent temporum difficultates & in præsens & in futurum à nobis factam fundationē tuebimur. Sacrificijs & orationibus omnium hæc singulariter cōmendamus.) Ne verò quispiam actum aliquid arbitretur importunus in hoc toto negotio, habentur *Mutij* Generalis literæ ad *Odoenum Shelleyum*, quæ moderationē testantur his verbis. " Plurimum etiam me recreauit, quod Monachio ad me scriptum est, R. V. & si quis alius præterea illuc scripserit, valde modeste, & verecunde explicuisse Collegij istius constitutionem, neque à tam magnifico & liberali Principe quidquam aut nimis cupidè aut nimis minutè postulasse, sed omnia illius arbitrio permisisse; qua ratione quantum ab illo inpetratum sit, cum R. V. iam abundè procul dubio rescuerit, non opus est vt id ego enucleatius explicem. ) Quam liberalitatem quanta cum temporalis cuiuslibet retributionis neglectione exercuerit nobilissimus hic Princeps altera demonstrauit occasio. Patres Angli in Congregatione Prouinciali aggregati lecto publicè Diplomate conluerunt Serenissimo Duci tanto benefactori per communes literas habendas esse gratias, rogaruntque *Mutium* Generalem vt suas etiam dignaretur adiungere: Ad has sic *Maximilianus* respondit.

" Gratiarum actio quam à Patribus Prouinciæ Anglicanæ Superiori anno in Congregatione conceptam, & suo & ipsorum nomine P. V. ad Nos misit neque necessaria, neque sanè à Nobis expectata fuit. Etenim vtrique per literas iam dudum animi sui gratitudinē affectumque, in Societate Nobis ante cognitum, abundè declararunt; Nos verò in illo beneficio Societari præstando ita Religionis augmentum, Deique gloriam pro scopo vnico præfixam habuimus, vt præter orationes, sacrificia, aliaque ad salutem animarum, Ecclesiæ tutelam & incolumitatem spectantia nullam omnino compensationem expecterimus; atque ob eam causam iterari gratiarum actionem necesse non erat. Quia tamen literæ tam P. V. quam Congregatorum Patrum non vrbano officio funguntur, sed ex animo profectæ, de nostra salute sinceram curam vota que ac preces pollicentur, ex ea parte nobis gratissimæ fuerunt, mirificeque animum nostrum multis negotijs, & perseverantis mole belli pressum exhilararunt; præcipuè cum ex eisdem constet etiam in læuente per Britanniam persecutione, fidelium numerum diuino adiutorio indies augeri. Congregationi quidem Anglicanæ, cum iam desierit, respondere non possumus: Optamus tamen illis Patribus pro opportunitate significari literas eorum Nobis redditas esse, nec illorum studio & laboribus defuturos; atque interea P. V. omniumque precibus & sacrificijs Nos & domum nostram quam maximè commendamus.)

XXII. Ne vero perpetuo grauaretur ararium pendendis Collegio decem millibus florenorum Rhenensium, aut ex difficultate Cambij damnnum lequeretur, in mentem venerat Serenissimo Duci ad stabilendam fundationem agros dare in dominio suo Mindelheimensi, aliaque quæ annuum

Tradit  
prosolu-  
tione asse-  
curanda  
Hypothe-  
cam.



1619.

1617.

fructum æquarent, eaque bona ita facere libera vt à nullo dependerent. Sed quoniam ( vt obseruauit etiam Adamus Contzen ) è longinquo coli ista bona debuissent, vnde minor multo futurus erat fructus quam si à præsentibus colerentur, & ea quæ ex hortis, piscinis, syluis &c. inhabitantibus vlui esse possent, aut omnino essent peritura, aut magno damno in pecuniam redigenda mittendam deinde Collybisticis detrimentis Leodium, cessatum est aliquousque ab illa cogitatione, quemadmodum & à bonis in ditione Wirtembergensi bello acquisitis, quæ longè plures secum tulissent difficultates. Vt tamen hanc suam donationem decem millium annuorum corroboraret magis confirmaretque, nouo addito diplomate ( in quo etiam nouam sponsam adiungit sociam foundationis, *Mariam Annam ab Austria*, Ferdinandi Tertij Imperatoris sororem.) Prædictum dominium Mundelheimense, & Heydenheimense suo ære coemta, atque adeo libera, tradit in Hypothecam, vt inde sibi satis facere posset Collegium, tam pro decem millibus annuis, (si ex ærario deficeret solutio) quam pro capitali ducentorum millium, donec vel pecunia parata, vel bonis stabilibus, iuxta sententiam foundationis consignandis, omnia ad amissim perfoluerentur. Quæ simul omnia narranda erant, vt sub vno eodemque aspectu & Collegij initia, progressusque, & optimi ducis eximia caritas ponerentur: quem Deus etiam in hac vita remunerari voluit optatissimo munere, vt quemadmodum ipse Collegio suo nouam sobolem Matri Ecclesiæ consolandæ pararat, soboles etiam illi inexpectò accresceret. Etenim plusquam sexagenario, & laboribus fracto, & propè ( veluti alteri Abraham ) effæto nata est ex noua & Illustrissima Coniuge duplex proles mascula, quam non promisso tantum sed factò stabilitoque Collegio promeritus fuerat. Non enim existimauit parcè & restrictè agendum cum Deo, sed vt magnum erat quod flagitabat beneficium, ita magno & liberali animo antequam deberetur expleuit vòrum, deditque prius-nato Filio *Ignatij* nomen, quo paternis insistens vestigijs *Ignatij* hanc sobolem perpetua beneuolentiâ prosequeretur, foueret munificentia. Horum nunc Annorum residua relegamus à quibus longius nos abduxere Collegij initia progressusque, ne seorsum separatimque facta narratio rei tam illustri afferret obscuritatem.

Alia superioribus  
annis acta.

Tyronum  
numerus  
auctus.

XXII. Translato Leodium Tyrociniò creuit nostrorum numerus Anno decimo septimo ad quinque supra quadraginta, inter quos Notitij triginta, de quorù ad virtutes solidas comparandas studio pro duplicis dignitate vocationis, Religiosæ & Martyrij, nihil necesse est dicere, silentio tamen prætereunda non est nobilis Adolescentis in Religioso proposito constantia, & Christianæ ambitio humilitatis præ seculi ornamentis & gloria, qui studijs vacans, cum animum adieciisset ad Societatem, à Parente (quem quod inter liberos natu esset maximus celare non potuit consilium) ex Anglia de industria traijciente translatus domum, & amplissimi patrimonij administratione ad tricinium implicatus, non solum ius omne, & spem præterea magnorum